



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 123. Papa Fœderi accedere hæsitans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66495)

**Sæcul. XVI.** jebant, quod Ducem ditione sua exueret,  
A.C. 1525. proin nisi prius Sfortia in Ducatus sui  
jura reponeretur, nunquam se vires suas  
Cæfareis juncturos; nec ab hac con-  
ditione se aliquid remissuros decla-  
rabant.

## §. CXXIII.

*Papa fæderi accedere hæsitans.*

**S**i Clemens Papa pari modo obfirma-  
tum monstrasset animum, in graves  
angustias conjectus suisset Imperator;  
ast ille nimia solertia usus in laqueos,  
quos non ita pridem evaferat, incidit.  
Agebat Madriti Salviatus Cardinalis  
Papæ Legatus, qui cum Cæsare de pa-  
ce tractabat, cum tamen eodem tem-  
pore de conflando fœdere adversus Cæ-  
farem cum Venetiarum ac Franciæ Le-  
gatis ageret. Hujus Legationis exi-  
tum sollicite expectabat Pontifex, cum  
que longior illius esset mora, diem præ-  
stituit, qua armorum societas cum Gal-  
lis, Venetisque concluderetur; sub i-  
dem vero tempus nuncium acceperat,  
fœdus itidem Madriti esse firmatum, vi  
cujus Cæsar consentiebat, ut Reggium  
& Rubiera Sedi Apostolicæ redderen-  
tur; hoc igitur nuncio lætus Imperato-  
ri adhærere constituit, nec ultra de fœ-  
dere cum Gallis ac Venetis mentionem  
fieri sustinebat.

## §. CXXIV.